



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Notæ In Notas Willelmi Wendrockii Ad Ludovici Montaltii  
Litteras, Et In Disquisitiones Pauli Irenæi Inustæ**

**Fabri, Honoré**

**Coloniæ, 1659**

§. IV. Consectarium quartum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39536**

repellere, cum moderamine, ut ajunt, inculpatæ tutelæ: & utrumque certum: incertum verò, an liceat occidere ad iustam bonorum defensionem; hoc etiam Theologi disputant. Nec dubium, quin Patres hanc doctrinam semper supposuerint, vel ipso naturæ lumine notam. Non tamen propterea sanctus tremor ablegandus est, quem ipsi Patres præ se tulerunt. multa enim adhuc timenda restant, v. g. occasio peccandi, tentatio gravis, humana infirmitas, crassus error, ignorantia affectata, diaboli fraudes, aliaque id genus, quæ sanctis etiam hominibus non parum justi tremoris incutunt: nec quisquam scit, utrum amore, vel odio dignus sit. & hæ justæ sunt timoris causæ.

## §. IV.

*Consecrarium quartum.*

**F**acit, inquis, prædicta Probabilitatum doctrina, ut salutis via quotidie plenior & facilior evadat; & hinc cœcitatem, vanitatem & audaciam Casuistarum exaggeras, immò absurditatem, & impietatem, qua scilicet velint, his postremis temporibus facilius quam præcisis, ad æternam salutem perveniri.

\* Aliquem appellare debueras, qui hoc dicat. Quod enim aliquæ opiniones modò probabiles sint, quæ antè improbables erant, & vicissim, ut nemo negat, cum etiam novæ indies demonstrationes produant: plenioram salutis viam non efficit; multa enim quotidie restringuntur, idque in omni fere argenti genere. In re venerea, & Si non à de jure divino, Jesuitæ omnes ne materia quidem parvitatem agnoscunt. Quot novæ Leges, & nova Decreta, quibus

\* Pag. 84.

adstrin-

adstringimur, cum tamen ab iis maiores nostri immunes essent? Quād multa à Concilio Tridentino reformata atque restricta? Vno verbo, erunt fortè, qui salutis viam difficiliorem his temporibus esse arbitrentur: atque adeò dicere ausim, disciplinam morum à Jesuitis non modò non relaxatam, sed non mediocriter restrictam fuisse. Quād multa enim Navarrus, Cajetanus, Sylvester, Fumus licita putarunt, quæ à Jesuitis licita esse negantur? Sed video fine, quem Jansenistæ sibi proponunt. Suave Christi jugum & onus leve invidēt hominum generi, cui, more Pharisaico, onera importabilia imponunt, quæ ipsi digito suo ne quidem movere velint.

## §. V.

*Consecrarium quintum.*

**H**ic etiam convitiari & nugari pergis; vis enim, ex illo probabilitatis fonte tam *horrenda*, tam *impia* prodiisse, quorum pars tum in Montaltii Litteris, tum in Parochorum Scriptis descripta fuit, pars verò pudore compressa.\*

O misericordes & pudibundos homines! quidquid convitii, veneni, calumniæ, affingi, excogitari, spargi potuit, liberali & impudenti manu sparserunt; & parci ac pudentissimi videri volunt. Erras deinde cum dicis, ex privatis erroribus probabiles opiniones ortum duxisse; quasi verò erroris tenebræ pariant lumen, probabilis saltem veritatis. In hoc autem luculentè hallucinaris, quod idem putas, esse reverà, & videri probabile. Ut enim aliqua vera videntur & certa, quæ nec vera, nec certa sunt, ita aliqua videntur probabilia, quæ probabilia non sunt. Quod Deistarum hæresim Jesuitis

\* Pag. 85.